



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Sibyllae praenotio de septem statibus ecclesiae. Cap. 65

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

& § c. 63 § 4 Nam licet ipsa signa specialiter tempore Antichristi, & maxime propinquante
 J. ca. 65. §. 5 vniuersali, extremoq; iudicio fient, tamen talia vel similia signa frequenter præ-
 cedunt singularia dei iudicia, quorum vnum & tremendum iam imminens no-
 stra erit calamitas. Luc. 21

VIII § Demum saluator in eodem Luca notat septimum ecclesie statum,
 ubi inquit: Quoniam appropinquat redemptio vestra, utpote quam appetitis,
 §. c. 5. §. 8 & postergando mundanam turbulentiam, & queritando pacem temporalem qua
 J. ca. 66. §. 2 & sequitur æterna beatitudo, ideo subiungit: Et prope est regnum dei. Ex ruina enim
 J. ca. 69. §. 5. & putrefactione mundani & quieti regni germinatur regnum cœlestis & pacifi-
 §. c. 62. §. 12 cum. Supra descripta verba euangelica nondum omnia sunt completa, sed (vt ait
 & J. c. 66. in Christus apud Birgittam) adhuc venient tempora quibus complebuntur. Præ-
 pri. §. ca. 34 missa deniq; quo certius, apertiusq; credantur futura, affirmantur vaticinio Si-
 §. 4 byllæ Erithreæ, vti sequitur. 8. Pr. 48

¶ Sibyllæ prænotio de septem statibus ecclesie.
 Cap. LXV.

Sibylla Erithrea nomine Eriphila in Babylone orta tempore belli Troiani
 Graijs Ilion petentibus, periturâ esse Troiam vaticinata est, cuius Augusti-
 nus in suis scriptis beniuole meminit. Traditur nanq; præcipua fuisse præ-
 cæteris Sibyllis, multa enim & præclara prognosticauit ad instructionem ge-
 riū, quas vera prophetia latuit. Idē quoq; Augustinus inquit: Si quid veri de deo
 §. c. 17. §. 16 Sibylla aut Orpheus, alijsve gentiliū vates aut philosophi prædixisse perhibetur, id
 quidē valet ad reuincendā paganorū vanitatē, non autē ad istorū autoritatē cō-
 plectendā, quam obrem huiusmodi prognostica ad sacrā scripturam accomo-
 dari possunt. Et si omnes decem Sibyllæ, de deo & Christo ac de gentibus vaticinā-
 do, plurima prædixerint, specialiter tamen Sibylla Erithrea in suo Nazilogra-
 pho. i. imperiali scriptura (quæ habetur Venetijs in bibliotheca. s. Georgij) inter
 alia de Christiana religione & de septem ecclesie statibus in Babylone varia con-
 scripsit. Nam postq; futuros euentus à tempore Priami de excidio Troiano vsq;
 ad perfectionem Romani Imperij pronuntiauit, incepit de aduentu Christi vsq;
 ad finem mundi præclara multa manifestare.

I § In primis de initio ecclesie talia prompsit. Postquam taurus pacificus
 sub leui mugitu mundi climata sub tributo concludet, illis diebus agnus cœlestis
 veniet. Per taurum significatur Cæsar Augustus, cui etiam Christus dedit tribu-
 tum. Is Cæsar censetur esse ille primogenitus taurus habens cornua rhinoceron-
 §. c. 10. §. 2. tis, in quibus ventilaui gentes vsq; ad terminos terræ. Sequitur in Sibylla: Ve-
 §. c. 47. §. 8 nient autem dies quibus virtus inundationis, id est baptismus illustretur in aquis,
 & leo monarcha conuertetur ad agnum, qui omnibus illustret, regnare sabueret.
 Et paulo post: In vltima autem ætate, utpote in primo ecclesie statu (qui in prin-
 cipio septimæ seu vltimæ ætatis incepit) humiliabit deus & humiliabitur proles
 diuina, iungetur humanitati deitas, iacebit in sceno agnus, & puellari officio edu-
 cabitur deus & homo. Signa præcedent apud apellas. i. apud Hebræos qui sunt si-
 §. 40. §. 7. ne pelle, qui sunt circumcisi. Rursus Sibylla: Mulier vetustissima. s. Elisabeth, pu-
 erum præscium. s. Iohannē præcursorē, corripiet, Boetem orbis mirabitur & du-
 catū præstabit ad ortū. s. tribus magis, hic habēs pedes. 32. sexq; pollices, eliget sibi
 ex piscatoribus & deiectis numis duodenarium, vnumq; diabolum, non in gla-
 dio bellove. Hoc de statu ecclesie primo. Luc. 1. in pr.
 & Mat. 17. i
 fi. Deut. 32

II § Secundum subinde statum Sibylla prænotat, dicens: Salus agni accu-
 §. c. 16. §. 2. bans, modicis leonis spolijs vestietur, utpote paucis rebus temporalibus fulcie-
 §. c. 11. §. 1 tur, nigrū conuertetur in rubrum, quasi dicat, fides catholica, quæ in priori statu
 §. c. 64. §. 1. apostolorum adhuc fuit obscura & ignota, in secundo statu per rubrū martyrū
 in fi. §. c. 12. sanguinem elucidius apparebit. Vel, rubrū. i. status martyrū cōuertetur in nigrū
 §. 3. §. ca. 23 .i. in sectam heresis designatam in Apocalypsi per equum nigrū. Sibylla vltimus
 in fi. prin. ait: Eneadē urbem, regesq; subiciet, sed in hamo piscantis in deiectione & pau-
 J. eo. §. 8 bit & cōmutabit, viuet & regnabit & cōsummabunt hæc oia, fietq; regeneratio,
 V 5 vltimo

SIBYLLAE PRAENOTIO DE SEPTEM &c.

ultimo bonos iudicabit & malos. Istud cōpēdium Sibyllae de Christi gestis vsq; ad extremum iudicium exponi valet.

III § Postea Sibylla sequitur tertiu ecclesie statū sub his verbis. Hinc quatuor alata animalia surgēt in testimonium, hoc est, quatuor Euangelia p̄dicabūtur, nomen agni tubis concinent, ferentes iustitiam, legemq; irrep̄hēbilē. Cui cōtradicit bestia, vtpote h̄eresis Arrii ac aliorū, & abominatio spumaq; draconis, id est, diaboli. Sed surget stella mirabilis, i. doctrina quatuor doctorū, quatuor animalium, id est, Euāgelistarū habēs imaginē, eritq; in turba mirabili, Danaos illuminabit, orbem illustrabit.

Dist. 96. Cōstantini.

III § Præterea quomodo Romana monarchia sp̄retis idolis sup̄itura esset fidem Christi, & Constantinus ecclesiam dotaturus, imperiūq; in Constantīnopolim translaturus, Sibylla prænouit dicens: Euanescēt Eneade simulachra, virtūs & sup̄stitio, alterius cultus adueniet, alterius cultor. Sed & de simulachris duo de vitis rotidem vsq; in æternum in vrbe, & ad primam originem conuertētur. Hinc Eneade gloria, id est, Romanum imperium, in Bizantiā deducetur. Quippe Sibylla iam dictam sentētiam fortassis de quarto ecclesie statu pronūtiasse videtur, quia subiunxit. Eritq; .i. in Bizantiā nidus delicatissimum quale nō fuit. .i. propter solitudinem, ac robustū decus. .i. Romanorum, in muliebri scilicet Græcorum conuertetur, donec catulos eius vsus, id est, mahumetica secta deuoret, optimates Bizantinos obtenebret, decus deucaliū effeminet; Bizantiū prophānabunt dogmata falsa, & dīficia. i. ecclesias denigrabūt, aurū eius per orbē & spolia dispergētur, virgines humiliabūtur, gallus, i. clerus non cantabit. Hæc p̄missa possunt statui hypocritarū adaptari, tamen principaliter & manifeste significabant excidium Bizantiæ proximæ, præteritum.

V § Vterius de quinto, sexto ve statu ac de Turcarum incurſu præsumitur Sibylla dicere. Ascendent in conspectu altissimi Bizantiæ sceleræ, & reliqua in superjoribus cōscripta, quæ de tempestate calamitatis nostræ iam æuo imminentis vaticinata est Sibylla. Post quā quidem calamitatē venturæ Euangelicū Papam præfensit his verbis. Surget stella mirabilis, vtpote Papa Euangelicus vnus post aliū vsq; ad quartū, idēo subiungit, quatuor animalium, id est, Euangelistarū habēs imaginē, eritq; in turba mirabili, Danaos illuminabit, orbem illustrabit, in Eneadem latus piscatoris nomen agni vsq; ad fines seculi virtute p̄ducet. Nā doctrina Euāgelicorū pastorū durabit vsq; ad fines secūdi seculi, hoc est, vsq; ad finē sexti status ecclesie vel secūdi generalis status mūdi. Sequitur in Sibylla. Inde in Eneade iuncta. .i. stella apostolica vinc̄tos à diabolo liberabit, q. d. diabolus tūc itē ligabitur. Hinc gloriabitur, moriēs illustrabit, porrō gloriosus exitus eius. Hæc p̄missa Sibyllæ vaticinia partim sunt impleta, quo magis timendū, reliquas calamitates per eā præconizatas procul dubio esse euenturas. Quas omnipotēs nobis in p̄nitētiam dignam cōmutare velit.

VI § Tandē Sibylla futuri septimi ecclesie status meminit aperte de Antichristo mox post angelicos pastores inſurrecturo, immediate scribēs: Erit autē bestia horribilis ab oriente veniens, cuius rugitus vsq; ad gentes punicas audiet, cuius capita septem sceptraq; innumera, pedes. 663. Hic erit contradicēs agno. .i. Christo, vt blasphemet testamētum eius, augens draconis, id est, diaboli, aquas. Reges autē & optimates seculi exuret in sudore terribili, & nō diminuent pedes eius. Stellæq; duæ. .i. Enoch & Helias cōsimiles primæ stellæ. .i. angelico Papæ, cōsurgent cōtra ipsam bestiā, & nō obtinebūt vsq; veniat abominatio & voluntas domini consummetur. Nota iniquitatis completionem Sibylla hic nūcupat abominationem. Rursus Sibylla paulopost inquit: Veniēt in pōstrimis diebus duæ stellæ lucidissime. .i. Enoch & Helias, de quibus præ diximus, in peccatis mortuos suscitantes, similes stellæ priori, quatuor animalium, id est, Euangelistarū habētes faciem, resistentes bestiæ, id est, Antichristo, de qua diximus, aquisq; draconis, annūtiantes nomē, legemq; agni, abominationis excidiū & examen, minorabunt aquas, sed debilitabūtur in panis afflictione. Loquitur forte de Anachoritis, quia sequitur: Exurgēt in robore fortiori, nēpe Enoch & Helias resurgentibus plu-

§. ca. 11. §. 5.

§. ca. 8. §. 2.

§. ca. 13. §. 5.

§. ca. 45. §. 10.

§. ca. 45. §. 1.

§. ca. 6. §. 4.

§. ca. 45. §. 4.

§. ca. 64. §. 7.

in fine.

§. ca. 60. §. 3.

§. ca. 62. §. 11.

& j. ca. 67. §. 2.

§. ca. 60. §. 6.

§. ca. 64. §. 4.

§. ca. 61. j. pr.

§. ca. 57. §. 12.

& j. ca. 60. §. 7.

§. ca. 61. §. 6.

§. ca. 62. §. 15.

§. ca. 13. §. 3.

§. ca. 61. §. 9.

bus, plures q̄ antea in fide Christi homines roborabūtur.

VII § Post Antichristi interitū, utpote infra septimum ecclesie statum futuram esse communem concordiam, per Gog tamen interrumpēdam, Sibylla refert inquiring, post abominationem reuelabitur veritas, cognoscetur & agnus, cui regiones & regna colla submittent, & erunt vniuersi terrigenæ conuenientes in vnū, ut ouile subeant & virga regantur in vna, & modicū tempus erit. Deinde facit mentionem de Gog & Magog, suorumq̄ satellitū, dicēs: Post hæc fiet multarum gētiū bestialiter viuentiū congregatio, orbis in decē scepra diuidetur, præcedēt turpissimi cōcubitus, cōceptus abominabiles, tūc caput ipsorū .i. Gog reges multos mēte afficiet, quosdā sub iugo submittent, spōsa .i. ecclesia filebit, galus .i. clerus rauescet, .i. negligētia p̄dicādi, fiet agni .i. Christi cōtumelia, & apponet abominatio d̄s in cōtumelia, ut nomē altissimi deleatur, sibi primæuam .i. Antichristi vel Luciferi superbiam applicabit, dicens verba blasphemie, donec tres pedes seniq̄ abbreviati discurrāt. Hoc potest intelligi etiam de Antichristo, qui tribus annis cū dimidio regnabit. Sequitur in Sibylla de pace mūdi post Gog recuperāda & duratura vsq̄ ad extremi iudiciū tēpora. Et apparebit veritas & iustitia, omēs q̄ .i. homines abominatiōes abijcient & cōuertētur ad agnū. Aquam scilicet baptismi profitebuntur apellā .i. Iudæi, & non erit diuersa professio, sed vna concordia, grex vnus, idem ouile.

VIII § Postremo Sibylla nūtiat futurū iudiciū inter alia inquiring: Porrō in proximo erit examen, audient terrigenæ minas examinis, ineffabilia concinētur in tuba, veniet in cōspectu agni abominationes peccatorum & vltionis appetitus, descendet ignis terribilis qui vniuersa creata vsq̄ ad æthera cōcremabit, veniet de cælo vox terribilis aduocans vniuersos, ut veniāt ad examen. Item de carnis resurrectione dicit. Fiet autem ineffabiliter corporis & animæ redintegratio, ut recipiat vnusquisq̄ pro merito retributionem gloriæ vel pœnæ. Tūc apparebūt vincti reges ac principes, & videbūt agnū in throno terribili ut retribuatur vniuersis, à dextris eius benedictio, maledictio procedet ad leuam. Iudicabit autē bonos & malos, ut illos sensim eleuet. Hos vero in fortē dæmonū vorabit auernus. Hæc nostræ materię accōmodatissima Sibyllæ vaticinia sunt extracta ex bibliotheca sancti Georgij maioris Venetiarum.

¶ De septimo ecclesie statu.

Cap. LXVI.

Expeditis reuelationibus ærumnarum in quinto & sexto statibus modo concurrentibus ecclesie latē imminentium, reuertendum est ad ipsius ecclesie statum septimum. Qui & si à nobis sit remotus, tamen pro præsentis collecturæ conclusione aliquid de eo censeo esse distendū. Hic status figurabitur in tranquillitate, quæ post primum væ adueniet ecclesie, ipse vero septimus status figurabit octauum & cælestem statum, quoniam tūc appropinquabit redemptio nostra. Is septimus status est remissionis, sicut quondā fuit septimus annus. Scriptum est em̄: Si emeris seruū, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Item sex annis feminabis terram tuam, anno autē septimo dimittes eam & requiescere facies, ita & in vinea & oliueto tuo. Nā septimo anno sabbatum erit terræ requietionis domini. Hinc iubemur dimittere annum septimum & exactionem vniuersæ manus.

I § Pluribus præterea locis veteris scripturæ septimus ecclesie status figuratus ē. Nā deus die septimo cōplenit op̄ & bñdixit diei septimo. Cūq̄ itā sissent septē dies, aq̄e diluuij inundauerūt sup̄ terrā. Et mense septimo requieuit archa sup̄ mōtes Armeniæ. Expectatisq̄ septē diebus Noe dimisit colūbā ex archa. Altare deiniq̄ septē diebus expiatū & sanctificatū erat sanctū sanctorū. Aaron em̄ aspererat altare septē vicibus, septēq̄ diebus finiebat cōsecratio, qm̄ in archā Noe animātia mūda septena fuerāt collecta. Itē plaga lepræ septē diebus cōsideranda fuit. Helisæus quoq̄ ad Naam dixit: Lauare septies in Iordane & mundaberis. Iudæis insuper p̄ceptum fuit, ut septē diebus azima comederēt, totidēq̄ diebus sacrificiū offerret, ac nullū opus seruile faceret ni die septimo q̄ erat dies celebrior

Johan. 10.

1. Cor. 3

Matt. 25

2. Cor. 5

Luc. 21. in fi

Deut. 15. 31

Exodi. 21

Exodi. 23

2. Esdr. 10

Gene. 2.

Gene. 7.

Gene. 8.

Exodi. 29

Leuiti. 8

Gene. 7.

Leuiti. 13

4. Reg. 5

Exodi. 13.

Leuit. 23

V 4 & fan-